




# MANTISSA.

SALVE LECTOR.

**O**mnia inter scripta superiorum seculorum Chemicæ, nullum est, quod secundam ab Hermeticâ Tabulâ palmam æquè mereatur, atq; *Testamentum Arnoldi de villâ novâ*; scriptoris, si quicquam judico, reliquis longè præferendi: tum, quod omnium, me judice, acerrimè ad Smaragdum Hermetis obtutus est; tum quòd luculentiora cæteris de confectione Lapidis Philosophici tradit, teque, quod caput rei est, è salebrofa *destillationum, sublimationum*, & id genus aliorum anfractu, in mollem simplicis naturæ semitam reducit. Itaq; de Te benè mereri volens, ne quivi usibus tuis tam præclarum, addo & carum monumentum invidere: maximè quū deprehenderem, non cujusvis esse, *Paraphrasin* in illud eam adornare, cujus nec auctorè nec Arnoldū, si revivisceret, pœniteat; multorum verò interesse scirem planam in Tabulam Smaragdynam expositionē (*qualem profecto Villanovani Testamentū ex se promittit*), possidere. Quæ ergò in tui gratiam egimus, *Candide Lector*, boni consule, æternumq; ut Valeas cura.



ARNOLDI DE VILLANOVA

# TESTAMENTUM

è versione Gallici in Latinum idioma

*ANDREÆ ORTELLII Chemici Clariss:*

**L**apis generatus ortusq; de terrâ, per elevationem perficitur. Aquæ potione satiatus, infra duodecim horas, ut minimum, inflatur & intumescit circumquaq; visibiliter. Post-